Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

·18·

ciat nobis et vobis. ite potius
ad vendentes et emite vobis
·3· Sed caritas inquit non querit
que sua sunt. et tu scis quomodo
Non querit que sua sunt pro
fecto quia non desunt. Cuius
nam querat quod habet caritas
que sua sunt id est proprie salu
ti necessaria nunquam non habet
nec modo habet, sed etiam habun
dat. vult hundare sibi vt pos
sit et omnibus. Reseruat sibi quan
tum sufficiat, vt nulli defici
at. Alioquin si plena non est
perfecta non est. Ceterum tu frater
tui firma satis propria salus non
dum est. cum caritas adhuc nul
la est, aut adeo tenera atque ha
rundinea quod omni flatui cedat,
omni credat spiritui. omni circum
feratur doctrine vento. Imo
cum tanta est caritas vt vltra
mandatum quidem diligas proxi
mum tuum plusque teipsum, et rur
sum tantilla, vt contra man
datum fauore liquescat, pauore
deficiat, perturbet tristicia, aua
ricia contrahatur, protrahat
ambicione suspicionibus inquietet,
conuicijs exagitet. curis euiscere
tur. honoribus tumeat liuore
tabescat, tu inquam in proprijs ita
teipsum senties. qua iam demen
cia queso aliena curare aut
·2· ambis aut acquiescis. Sedem
audi quid consulat. cauta vi
gilque caritas. non quidem alijs
inquit remissio, vobis aut tri

bulatio, sed ex equalitate. Noli
nimium esse iustus, sufficit tibi
vt diligas proximum tuum tamquam
teipsum. Hoc quippe est ex equa
litate dicit David. Sic adipe
et pinguedine repleatur anima
mea, et labia exultacionis lauda
bit os meum, infundi nimirum
prius volens et sic effundere,
nec solum infundi prius, sed et
impleri, quatenus de plenitudine eru
ctaret, non oscitaret de inani
tate. Caute quidem ne quod alijs
remissio sibi esset tribulatio.
Et nichilominus caste imitans il
lum de cuius plenitudine omnes
accepimus. Disce et tu non nisi
de pleno effundere, nec deo lar
gior esse velis. Concha imitetur
fontem, non manat ille in ri
uum, nec in lacum extendit donec
suis satietur aquis. Non pu
deat concham non esse suo fon
te perfusiorem. Denique ipse fons
vite plenus in seipso, et plenus
seipso. hominem primum quidem ebul
liens et saliens in proxima secre
ta celorum, omnia impleuit boni
tate, et tunc demum impletis
secretioribus superioribus partibus ·a·
erupit ad terras, ac de super
fluo homines et iumenta salua
uit, quemadmodum multiplicauit
misericordias suam. Prius interna im
pleuit, et sic exundans in mul
tis miseracionibus suis visitauit
terram et inebriauit eam, mul
tiplicauit locupletare eam. Fiat